Plantarum
otitiam, ex
ominis, ip-
uſq. rei co-
iugio, auſ-
icia.

nomen enim
mus plantas: &
omine, quæ de
ntis conſcripta
t exigimus, præ
uè quantùm ad
m pertinet: ſic-
fit, vt quæ hu-
næ ætatis bre-
ate nobis depe-
ant, plurimùm
diolorum labo-
us, ac perenni-
ſtudijs, litteris
ſignata, ad po-
os deriuentur.
niores nempe
templationes,
ſæpius, cum ia-
a virium ad
ntarum cogni-
nem facta peri-
a, libris com-
runtur; quæ
nia in ipſis tra-
a, & expreſſa,
us ductu no-
nis facile aſſe-
imur, & intelli-
nus: dum no-
na certis inqui-
tium ſignis, ac
tis deſignata,
produnt: alio-
in annotationi-
s huiuſmodi de-
cuta facile obſo
cunt. Namque
ud multa ex an
uis ad nos vſq.
uata, pauca cer-
ad nos vſq fide.
er traducta, de-
nerunt, ac vix
a incorrupta.
unc porro, &
mine, & iconi-
s, tum nuperæ
atis induſtria, &
igni ſanè in ſuc-
ſſores beneficio
hoc noſtrum
us iuuamur.
amobrem vel

Phytoptæ planta quæuis in naturæ libro, aut inde expreſſa facie objicitur. vel
- viuens / exſiccata / repreſentata — figura ſola, vel coloribus additis
- integra / diuiſa in partes
- quærendæ plantæ in: natura ipſa & libris — antiquorum / recentiorum
- copula ſignum hoc cum inferiori

Notæ ipſæ, ſeu ſingulares animaduerſiones in plantas, coniugij ipſius nominis ſcilicet & plantæ præcipua erunt inſtrumenta, eoq. potiora, quò magis peculiaribus, & magis euidentibus ſignis collectæ ſunt. Neque enim præcipui naturæ caracteres obliterari facile, æquè poſſunt, vt noſtri inditorum nominum, qui facilime ponuntur reponuntur, innouantur, atteruntur. *

plantæ ſuis tractationibus / tractationes tractationibus iungendæ.

Non tractata, ſeu planta noua, & nondum cognita. vel
- Natura, quæ nouas ſemper in dies molitur, & producere ſolet diuerſas habita ratione varietatis locorum: vt laſerpitium, inuiſum antea Cyrenis, piceo illo imbre primò genitum.
- Litteris (omnibus quidem nobis communibus) incognita, aut omiſſa, vt plurimæ ex imperfectis noſtris, vt Elleboryngium noſtrum, aliæque, quæ hic primò prodeunt: ſed quàmmultæ adhuc perquirendæ, non tantum in Inſulis, aut minus cognitis regionibus, ſed in noſtra etiam Italia.
  - In quo aduertendum ſi ſe noua facie nobis offerat, & nouis qualitatibus, ex quibus nouũ quoq. nomen obtinere poſſit planta.
  - Si vel forte alicuius nouæ claſſis exiſtimanda ſit
  - Sin minus, inquirendum quo in ordine inter antiquas, & cognitas conſtituenda ſit
  - Si autem ex his, quæ antiqui tradiderunt, & a recentioribus emanarunt nouæ alicuius plantæ natura antiquioribus conſimilis appareat, deſumpto cognomine ex peculiari, & magis propria eius differentia, v.g. quod ſit frutex, baccifera, & ſimilibus, ad earum claſſem, quæ ſimilis ſunt conditionis eſt reducenda.

Tractata, & pluribus fere tractationibus pro Botanicorum de ea ſcribentium numero. vel
- Auctore ab vno enunciata citra vllam controuerſiam.
  - Ex antiquis vt a Plinio Barba Iouis
    - Ab enunciante verò, ſeu primo plantam deſcribente, omnis omnino de illa petendus eſt tractatus.
    - Si quæ verò fuerint propriæ obſeruationes addendæ, quibus eius hiſtoria magis, & magis diteſcat propterea ſemper grati animi officio inuentoris laudibus.
  - Vel recentioribus, vt Agrimonides, & plures aliæ apud D. Fab. Columnam. Multæ apud Recch. Bauh. Cluſium
- Vel pluribus à ſcriptoribus partim enunciata partim traducta, magis, magiſq. expoſita, nec fere abſq. controuerſia; ijſq. vel
  - Veteribus dumtaxat, eaq. proinde antiqua, & renouanda recentioribus,
    - vno ſcilicet cum pluribus. vg.
      - Antiquis & recẽtiori vno Vt laſerpitium Penæ.
      - aut
      - Recentioribus, & antiquorum vno, vt lauẽdula, quæ pſeudonardus Plinij, & ſtactis Dioſcoridis, & Paſtolochia Plinij.
  - Vtriſque nobilior, famoſa, ſed controuerſijs, ac diſputationibus maxime anceps, & agitata,
    - Vtriſque tum antiquis tum recentioribus pluribus diſcrepantibus pro eiuſdem veritate, vt, Iris, Aſarum, Abies Helxine, Atriplex, omnibus ferme Roſa, Lilium, Paliux, Quercus &c.
  - Vel recentioribus tantùm, vti nupera, & antiquis incognita, (niſi forte plurimorum Phytologorum veterum libris careamus,) vt Necociana, Tabaccum, Tulippa, Med, Scorzonera, &c.

Nomen
quod eſt ad cognitionem plantarum
Anſa

* *Et plantæ quidem omnes, & qualibet, in vnico, naturæ libro, innumeris licet paginis diſtincto quærendæ forent. Quàm multæ enim dictæ, & incognitæ, ſed nec dictæ quidem comperirentur, ſi montes diuerſoſq. tractus (vt regiones inuiſas, deſertas, & ampliſſimas æquoris oras prætereamus) noſtros dico intra Italiæ fines perluſtraremus, Garganum, Maiellam, Corneum, Nurſinum, Nucerinum, Curium, Ianuarium noſtrum: e quibus vix ſemel aliquos conſcendere nobis licuit, breui borarum morula; & Ianuarium quidem ipſum antiquæ Albuneæ noſtræ ditionis ſedem vix attigimus, quandoq. Botanicis cum collegis doctiſſimis Fabro, Terrentio & Molitore, ac Phytognoſte peritiſſimo Coruino, vt vel leuiſſimè inſpicienda plantarum occurrente varietate, haud temporis ſatis eſſe poſſet: multa nihilominus vidimus reliquum negotia prorſus diſtulere.*

Vel recolenti Phytologo repræſentatur ab hiſtoricis: & tractatus de planta ipſa, præmiſſo nomine eiuſdem in librorum notis ac ſignis delineantur; & notæ, quibus planta requiratur, eidem aſſignantur. ſiue
- Exiſtẽte planta eodem modo, & ſimplicitate, & vnitate naturæ
- Seu non exiſtente, vel exoleta, & amiſſa:
  - Vt ab aſpectu noſtro ſemota, & quæ non reperiatur amplius, vti Cirenenſe laſerpitium.
    - Hic autem ſolùm diues illa eruditio in promptu habenda eſt, quæ ex antiquitatis cultu, & notitia deriuat;
    - Cujus ductu, & labore quærendi, & periculo alias pro alijs ſubſtituendi liberamur.
    - Qua comparationem inſtituamus ad exiſtentes plantas, non ſine harum illuſtratione.
  - Aut à naturæ libro omnino deleta, vt quæ nuſpiam ſit,
    - Superſit tamen ſpes eandem reuiſendi, ſi natura ad eam producendam rurſus voluente cauſarum circulo vires ſuas exerat.

Superiorum mutatione, inferiora quoque mutari par eſt: ſenſim proinde, ac multis ſæculis in herbis, & animalibus nouum aliquid, aliquid amiſſum, multa paulalum immutata detegimus; vt nihil mirum, ſi in figuris, facultatibus, origine, & qualitatibus diuerſarum plantarum, ſimiles plerumq. audiamus mutationes. Medici enim illas admodum celebres Betonicæ vires exoleuiſſe conqueruntur; quamuis ab Apuleio, Dioſcoride, ac Muſa premiſſæ. Pepones adeò concelebrati de menſis deceſſere, eorumq. omnis honos mel peponibus noſtris conceſſus. Quæ rerum omnium viciſſitudo, perennis. Cùm temporum, locorumq. circuitus viciſſim permeare deprehendatur, nihil adeo nouum videri debet, ſi in Mexicanis Recchi noſtri aliqua hodie ea ex Theophraſteis plantis viguerit, quæ nos, & Græcos deſeruerit penitus.

Vt ad pleniſſimam tandem plantarum notitiam; ne ſcilicet planta vlla ſine nomine, nèue nomen ſine plantę ſuę hypoſtaſi exhibeatur, aditus facilior ſit, vtq. intelligamus ſine dubio, per quem, & quomodo planta nobis imprimis innotuerit, diſcuſſis omnibus vetuſtatis nebulis, quę plurimum ſtudioſis offundunt tenebras, omnis antiquitas in pręſentis æui nouitatem renouanda eſt. Vt autem quæcumque ſtirps aſpectui noſtro peruia proprio dicenda ſit nomine: vel vt tam ex naturæ libro, quàm ex diuerſorum codicum paginis vniuerſim ipſamet, inquiri, inueniri, & haberi poſſit; denique vt cuilibet, aliorum frui liceat obſeruationibus, & noſtras grato animo excipere, incitatis ſemper vlterius, & ſtudijs noſtris, & exercitijs.

Tractationes omnes de plantis conciliandæ ſunt vel
- Diuerſimode nominantiũ & inter ſe de nomine diſſentientium.
  - Recentiorum
    - Qui ſi nouis tantum nominibus vtuntur, ea omnia in vnũ colligenda, & pro ſynonimis habẽda.
      - In his quærendum an ſecundum mentem hiſtoricorum, quouis ſub nomine, ad propriam claſſem plantam reduxerint, an verò vlteriori diſquiſitione reuocanda ſit.
    - Si vero peculiaribus & proprijs opinionibus eadem ex antiquorũ fontibus deriuent: inquirendũ num legitima videatur vocum ſumptio: tuncq. nomen, & cognomen a recẽtioribus impoſitum reuocandum ad ſynonima, de quibus dubitatur: vt ſiliquaſtrum pro Arbore Iudæ, an rectè a Dodon. ſumptum, & Acacia antiqua Mathio. neq. enim eſt Acacia.
  - Antiquorum
    - Collectis dumtaxat ſynonimis, vt ex mutua collectione eorumdem intelligamus quid Theophraſto, quid Dioſcoridi, Math. &c. viſum ſit.
      - Amplius quærendum an veteribus cognita ſit tantùm, an verò a neotericis tantùm planta noua tradita ſit; & an noſtras ſit, an exotica, & de nouo ad nos inuecta: non enim Tune Americana ſolum eſt, ſed & Sicula, & Caietana.
      - Rurſus an botanographi ſeu antiqui, ſeu recentiores, vel in genere de illa ſcripſerint, vel in ſpecie, & an capitibus: libris, & tractatibus inter ſe conueniant.
      - Cum autem probe recognita fuerit, ſuo non abſque laude reſtituenda erit loco, indeq. legenda, vt Faba Aegyptia, ſi cui forte contigerit eam vidiſſe, vel Dracunculus Maior, cuius gratia, male audire ſolet Mathiolus.
- Connominãtium, & ſimplici ac recepto, omnibuſq. communi nomine appellantiũ eaſdem v.g. Iris, Aſarum, &c.
  - Omniũ & ſingulorum
    - Examinatis diligenter & rite expenſis iiſdem ſynonimis omnibus, quæ vni eidemq. plantæ, aut diuerſis aſſignantur, vt citra dubium pateat, an ſub hac, aut illa appellatione, fuerit ſcripta à Theophraſto, Dioſcoride, Plinio, & recentioribus, vt Columna, Bauhino, Cluſio, Math. &c.
    - Adde quod in nullo idiomate reſpuenda vnquam ſunt vulgi vocabula: ex quibus plerũque, in plantæ, & eius naturæ notitiam deducimur, ſiue illa ſucceſſu temporum, ſiue recenter à plebe plantis indita ſint.
    - Sed neque ſpernenda vlla etiam vulgatiſſima, cuiuſuis, de plantis experimenta.

In Magia ſua naturali doctiſſimus Collega noſter Porta, q adoleſcentes adhuc in Phy arcanis audiuimus, artifici commento nouas ſtirpes pro cere molitus eſt, quod va margonijs in pluribus, in no omnino mutata planta, ſa in colore, & qualitatibus p tium alteratur.
Cæterum experimenta non l dare non poſſumus, plus au deferimus obſeruationibus, nouis ſemper, vel ſaltem de uo compertis ijſdem naturæ teſcant promptuaria.
D. Fabius Columna collega ſter, qui generis nobilitatem maioribus deriuatam prop haud expertem titulis reliq ſed multiplici condecorauit ctrina, noua ſemper non lum e naturæ penuarijs cop eruit; ſed ex antiquis, & ſoletis eximio Botanocri ſplendore genuinas complu reſtituit ſtirpes. Idque vel c ſertis negociorum tricis im xus (ea noſtra conditio eſt) duo præſtare non ceſſat, v Phytobaſano ſuo, ſeu plan rum examine, & Ecphraſi p tarum, harum diſciplinarum ſtudioſis pluſquam liquido tum eſt, magiſq. ex prom voluminibus, quibus quoti inſudare ſolet, cum iucundita & vtilitate haud exigua lege tium perſpicuum fiet.

Peritiſſimo autem deque hac de herbaria optime merito Gaſp Bauhino, vel ampliſſimum beneficium primo debetur. C lectionis videlicet ſynonimoru quam ipſe in Phytopinace a picatus, in annotationibus Math. & ſui in Tabernamo tani prima parte compleuiſſ videtur. Quippe vnuſquiſq antea Phytologus varia ſtir bus pro arbitrio indens nomi alienis prorſus poſthabitis, a de induſtria prætermiſſis, inge tem phytoſophiæ ſtudioſis ipſo veſtibulo confuſionis caligine offuderat. Ab hoc, & compl res nouas plantas, & amplif mum promiſſum Tractationu theatrum expectent ſtudioſ vtiliſſimiſq. interim Pinacib vtantur:

Nec montibus tantummodo, vel littoribus, aut pratis parcere ſolent, & abſtinere Phyſici noſtri; ſed etiam libros reſpuunt, niſi flores, aut medicinæ ſancita decreta, & praxes præ ſe ferant, & largius exhibeant. Quare florilegi duntaxat ad delicias, Medici plurimi ad ſtipem, Phytonomi fere nulli pro ingenij præſtantia, ſummiq. opificis admiratione, & operis cognitione plantas contemplantur, & examinant.

Scripſeramus hæc iam, cum ecce ſtrenuus ille Terrentius noſter, e Chinenſi Regno Fabro collegæ nunciat legitimæ Pal Aegyptiæ frequentiam etiam in quotidianis cibis; Rhabarbarumq. in hortis illic Betæ vicem habere. Hoc iam in ſta nos alimus: illam verò multorum hallucinatione nobilem libentiſſime certè exciperemus: cum iam autem copi illic inuenta ſit, quin ad nos tranſmittatur minime dubitandum eſt.

Tabulæ præſentis occaſionem: analogiam ſcilicet partium, quæ plantis inſunt, cum membris corporum, quæ ſenſu pollent.

ris ad ſingula, quæ in brutis, aut etiam in nobis ſunt membra, vt comparando omni te ex parte expleas. An non quidquam ſcire potis es hoc tibi ipſi prorſus ſimile reddideris? Crediderim te potius nihil minus temetiſo nouiſſe, & veteris γνῶθι σεαυτὸν oblitum. Audiſti iam de plantarum vita cogitaremus; minutius hic ſi vis accipe. Brachia, crura, oculos ſi in ſtirpibus quæris, nullus es, & abſonus magis, quam ſi um in ſcirpo: error eſt non in ſpecie tantùm, nec in anguſto familiæ limine, ſed in ampliſſimo toto genere. Scis illas nequaquam aſpicere, aut manu rehendere, vel ambulare; organis tamen ad hæc inſtruere velis. Ineſſe quidem muſculos rectè notes; quibus appoſitis coagmentatæ excreſcunt; ras etiam, quibus ſucci ad nutriendum, augendum, pariendum interfluant: imò & neruos, qui ad fulciendum protendantur, cæteraque huiuſ- li membra, quæ pro modo, ac ratione vegetantis animæ obeunda conſequuntur munera. Iam quid anceps in radice ineſſe caput hæſitas? imò & os m credas, ſi initia, ſi nutrimentum, collectioneſque cum Galeno aduertis. Hepar, venamq. Portam filamentis ſuis diuaricatam, quidni & cordis res, ſi primores illos vitales focos per cætera ſenſim diſtributos hepacordicerebrum dicas; (vt multiuerbo multa:) ipſumque cordi cerebrum, ſeu ra- is, baſis, & caulis virtutem, quæ per medullas toti introducta corpori animatas, & vegetantes meritò cenſeas partes. Deniq. ſi vitam, & gignendi, propagandi facultatem inquiris; poſtquam tam diuerſas in corpus vnum congeſtas dotes agnoueris, vitæ, conſeruationis, ac propagationis principium conſtitutum intelliges. De ſitu interim minimè ſollicitus, nedum inuertere coneris; ſi radix altior alimentum attrahit, ſi caulis altilem aſcen- do ſugit, & digerit ſuccum; vel ſi vim ſeminis illa, quæ vices habet capitis in ſe conſeruet, & foueat, negocij haud tantū tibi faceſſat: nec enim ana- a vteri in plantis ineptior credenda eſt; nec inſulſe pelli ſuperducta corporibus, plantarum cortices, & humoribus ac ſudoribus, gummi vel lacrimas tuleris: neq. ſanè capreolos, clauiculos, & ſpinas animalium corneis vnguibus, roncinis, aculeatis mucronatiſq. temere comparaueris. Hominem verò n Ariſtotelæ inuerſum cogita, & explicatis diuerſarum frondium, & truncorum caulibus, aut fuſtibus, brachia numeroſaq. crura in vna ſtirpe compo . Iam illius tranſilire videris limites, nec regulam ullam luxurianti apponere ingenio: dum enim floreſcit vlterius, aut frondeſcit, folia, & flores illis, reſpondere vis, & comis: nimirum talibus analogijs nobis complacemus, ſatis at plerumq. quæ pulchra ſunt, & concinna præcurrunt, præ- licio fiunt veritati.

quid aliud in plantis *ppetere, ſpirare, & ipſum ntire* voluerunt Em- edocles, & Democri- us, quàm quod vnico *nimalis* nomine Plato omprehendit? quem os vltro ſequuti, *vege- ntis animalis* naturam er partes ſuas deduce- hus: eſt igitur,

- vegetans animal ſiue plãta, & ſtirps
  - nutritum — attrahente, retinente, nutriente & expellente — Facultatibus inſtructum
    - in aquis alitur
    - in vliginoſis adoleſcit melius
    - montibus & incultis gaudet
  - creſcens ac germinans — ſpontanee & adhibita induſtria
    - ſurgit in altum
    - deorſum ſe protendit
    - latius ſe explicat,
    - humi repit, & ſerpit
    - & ſub terra propagatur in modum radicum.
  - generans — ſimile, diſſimile & degenerãs
    - ſemine,
    - ſobole,
    - germine
    - reflexione,
    - viua radice,
    - inſitione — corticis, ramorum, foliorum
    - gummi
    - ligno

miranda plantarum varietas, præſertim perfectas imperfectis adiungimus, Theophraſtum ipſum præpedire potuit quin partes omnibus communes acci- erer, varias enim illas, diuerſis in ge- eribus ſtirpium nec communes aſſigna- i poſſe pronunciauit. Nos autem an- equam de partibus hic de plantarum pecie quærimus aliæ ſiquidem ſunt.

- imperfectæ, perfectæ, perfectiores — tam ratione qualitatum quas poſſident, quam partium ex quibus cõſtant & ſunt.
  - herba,
  - herbifrutex, ſuffrutex
  - cremium, phryganon
  - frutex
  - arbor frutex
  - arbor
  - quarum alia eſt: humi planta, multiſtirps, vniſtirps, arboreſcens &c.

tarum in vniuer- um partium aliæ nt.

- eſſentiales
  - anima
    - calor cauſa omnium opifex
    - ſeu ſpiritus primum vegetandi principium
      - inhærens, influens
        - coagmentans ex: ſimilaribus vel vtriſque mixtim, diſſimilaribus
        - organa vegetantium dirigens
  - corpus
    - ipſa plantarum materia, & maxime
    - humor omnium impreſsionum capax
      - inſitus, ἀκρίμωος ſeu natiuus, aduentitius
      - elementaris, ſtirpibus communis, alimentaris, cuti adiacens
- Corpus vero ſtirpium in ſua propria ſuperficie conſiderandum quæ eſt, vel
  - lateralis vt folium — explicatio, actus, tegmen veſtis, ornamentum
  - ſubterranea vt radix — caput, fundamentum, cor, ſeu hepar, os alimenti
  - & ſupera vt caulis — eleuatio, ductus, artus ad thoracem
  - in quibus examinanda ſunt
    - numerus
    - magnitudo
    - figura
    - ſitus quo alias partes & organa reſpiciunt
    - & inde conſpiratio in conſeruatione totius;
- integrales — analogæ ad membra animantium
- principales — radix, caulis, brachia, fructus
- ſecundariæ — cortex, lignum, matrix, medulla
- minus principales — humor, liquor, gummi, lacrimæ, &c.

on ſunt tamen omnibus communes, quæ phytopris obijciuntur planta- rum partes, ſed quibuſdam ſolum, quibus qualitates, vt plurimum ſunt communes: arboribus enim ac fru- ticibus, multa ineſt ſimilitudo par- tium, ſed non eadem ratio eſt in plantis: in quibus tanta detegitur diuerſitas, vt vix ad naturæ normam reducere poſsis: partiũ tamen aliæ.

- Coniunctæ, & per totã plantam diffuſæ, quamuis ſenſus noſtros lateant.
  - Primæ, intimæ & magis componentes, magiſque ſimilares, & communes, quas diuidas in
    - interiores — vt ſunt: ſuccus, hematophyton, liquor
      - aquoſus — lacteus, lacticroceus, ſanguineus
      - oleaginoſus
      - glutinoſus — melleus: mel, manna, ſaccharum; lacrymoſus: reſina, gummi
    - carnem in qua eſt
      - carnis pulpa — ſuccoſa, humida, ſicca
      - medulla
      - cor matrix
      - lignum, albumen
      - adeps
      - fibriæ quibus adiacent — vena: maior, ſuccolenta; coſta; neruus: tenuior, ſiccior — quæ ſunt intermediæ partes.
    - exteriores
      - cortex — ſimplex, multiplex
      - lanugo, cuticula
      - cutis tegumentum
      - hirſuties
      - ſquama, aculei
      - tunica, pili, ſpinæ
      - liber, corium, villi
      - membrana.
      - neruo ex carne
  - Mediæ, diuiſæ à ſe inuicem, vnitæ in plantis, & diſtinctæ ab earum natura: dum ſeparantur: namq.
    - vniuntur ad naturalem diſpoſitionem
      - muſculus
      - pulpa coniuncta muſculo
      - arborum maeſtra Italice: nodus centrum.
      - pecten, torulus
      - lineatio
    - ſeparantur caſu, vel artificis vſu
      - gutta, quæ eſt liquoris
      - expreſſa pars
      - articulus ſeu, materia artificibus vſitata
      - fruſtum, ſcobs, ſchidia, quiſquiliæ, ſerrago, ramale, reſex, truncus, termes, ſpadix.
- Diſtinctæ de quibus ſeq. pag.

ifferentia tarum ipua in partibus ophraſto quod qua- s:

- *habentur vel non habentur*
- *non ſimiles, vel non variæ habentur*
- *non ſimiliter habentur ſcilicet poſitione, ordine, numero,*

Aliæ

Aliæ ſu nt plantarum partes diſtinctæ quidem abearum natura, & à ſe inuicẽ ſeparatę; plantam tamen perficiunt, & in ſua perfectione cõſtituunt; dum neceſſitate quadam ad earum compoſitionem, & naturalem diſpoſitionem cõcurrunt. Et ſunt vel

- Primariæ, quæ plantam in proprio ſtatu cõſtituunt, & fere ſẽper dum planta vegetat, cum ea viuunt, & cum illa pereunt. v.g.
  - Radix; in omnibus prope ſtirpibus: cuius inter cæteras ſunt
    - ſpecies: repens, recta, capillaris, fibroſa
    - partes: Cirrhi, nucleus, ceruix, quæ alias lorica dicitur: caput, bulbus bulbilli, glandulæ, tuber, grumi, torus, nodus; quibus adduntur veſtiaria v. g. valuæ, tunicæ, oculus, &c.
- Aliæ ſunt primariæ quidem, & præcipuæ, ſed quæ ſuperſtite planta, quotannis moriuntur, aut mutantur ſtatis temporibus; plantam nihilominus in perfectione cõſtituunt, & ſunt.
  - Caulis, ſeu organũ per quod ſe plantarum maieſtas explicat, cuius.
    - ſpecies ſunt: ſimplex, ramoſus
    - partes: Stipes, caudex, crura, ſtolones, ſoboles, ſcapus, aſparagus, ferula, ſurculus, virga, vimen, ſarmenta, thyrſus, truncus, brachium, ramus, ramulus caulieuli, coliculi, culmi, ſtipula, ſtramenta, ſtilus; his adde partes quæ ſunt aliarum vincula v.g. articuli, nodi, geniculi.
    - Ramum, & ſurculum cum ſpilegio, nequaquam diſtinxerim à caule: quia ſcilicet folij, & continuati eadem ratio videtur, quæ caulis, & ramorum reſciſſorum.
  - Frondes, & folia, quæ pariter duntaxat certis temporibus viuunt moriuntur, aut immutantur quorum
    - frondes, & pampini — propriè ſunt arborum
    - ſpecies: tertifolium, ſolifolium, ſemunifolium, ſembifolium
    - partes: laciniæ, crenæ, ſeu ſtriæ, dentes, pinnæ, auriculæ.
- Aliæ ſunt adiectitiæ, & excretitiæ, quas in ſcholis partes per accidens dicere poſſumus ſcilicet.
  - Mucrones, aculei, ſpinæ, capillamentum, cirrus, cryces, ala, acetabulum, turbo, Petili, capreoli, anuli, viticulæ, flagellum, palmes, malleolus, duramentum, pediculi, clauiculæ, elicæ græcorum, ſeu vortices, viſilia, latera, &c.
  - & iſtarum velut adiacentes, & appendices
    - Cachrys, pululatio, gemma, vertex, faſtigium, cacumen. & Sarmentum, polancus fructuarius, orbis pampinarius ſubſiliarius.
    - aliæque ad membra viuentium analogicæ: barba, fibræ, oculus, germen

- Alia partium diuiſio inter plantas aſſignatur: quæ oritur ex comparatione vnius ad plures, vel vnam ſolam partem ſiquidem ſunt vel
  - ſimilares
    - propriæ: [ſpiritus generans] ſeu calor vitalis.
    - cõmunes
      - liquidæ — lachrymæ: piceæ, reſinæ, aqueæ, gummeæ; ſucci ſicut ſanguis
      - ſolidæ
  - diſſimilares
    - perennes: radix, medulla, ſuccus
    - annuæ ſeu temporaneæ: oculus, flos, ſemen, fructus
    - mixtæ: vt folia aliqua
- Rurſus partium diſſimilarium diuerſitas naſcitur ex comparatione vnius ad alteram aut ad alias: cum enim diſſimilares ſint aut
  - ſimiliares, & diſſimiliares
  - propriæ, & communes
  - internæ, & externæ
  - iſtarum quælibet
    - comparatur ad alteram tantum, & videndum quod vna erit
      - Principalis, aut minus principalis
      - Inferior, aut ſuperior
      - Simplex, aut compoſita
      - homogenea heterogenea
      - Explicata, aut incluſa membranis
      - Aduentitia, aut propria
    - vel cõparatur pluribus quarũ altera erit alteri aut alijs
      - ſimilis, aut diſſimilis — Figur[a], color[e], dẽſita[te], rarita[te], aſperi[ta]te, la[ti]tate, &[c].
      - par, aut diſpar — exce[ſſu], defec[tu], multi[tu]dine, magn[itu]dine
- Aliæ ſunt inter aduentitias numerandæ, ſed tamquam ſpuriæ, ac minus legitimæ, quæ partibus alijs adnaſcuntur, vel fortuito plantæ, & ex planta ſuccreſcunt vt ſunt
  - Spongia, cachrys, grana, pilula, tubercula quérna, villi, ſquamæ, imo, & ad has pertinẽt, fungi, & aliæ quæ à ſtudioſis obſeruari ſolent.

Aliæ tandem ſunt plantarum partes; quæ cùm ſint tamquam fœtus, aut proles virtutis illius vegetantis, & generantis, quam plantarum ſpiritũ, & animam diximus: cumq. perpetuò non inſint plantis, ſed ſtatis temporibus deſint ſtirpib⁹ propterea partes illas vocari non patiuntur nonnulli ex Academicis; vt vt ſit ad plantas omnino pertinent, & ſunt.

- Flos, qui eſt fœcundæ hilaritatis feſtina quædam ſpõſio, perfectioris fructificationis prænuncia, & premiſsio ſpirituum, ſpes fructiferæ abundantiæ, & plantarum lætitia; cuius partes ſunt.
  - Calix, nympha, ſtamina, flocci, capillamenta, capices, ſcylus, cœtus, ſeu ſedimentum. Vngues florifolia, ſeu foliola, tubuli, caliculi, galericuli, cuculli, oſcula, rictus floripendiũ, lanugines, coma, & plura alia, quæ inter ſermonis delicias vſus adinuenit.
- Et ſemen; quod eſt, magnæ matris fœtura; vegetantis animæ ſoboles, collecta in compendium planta, ſtirps obſiquata; moriẽtis plãtæ fœtus, ac renaſcentis genius: vniuerſi deniq. animalis vegetabilis breuiarium, cuius partes aſſignantur, &
  - ſpecies ſunt: Pomũ, glans nux, nucipomum, acinus, granum Bacca corymbus, cytiſus, Brion muſcoſus, vua, cachrys, anetũ iulus, &c.
  - Partes quæ ſunt
    - caput ad quod ſpectant: capitellum, conus, calix echinatus, echinus, verticillum, paterula, vmbella, muſcarum, panicula, racemus, florifolium, ſpica, culmus, &c
    - folliculus: vulga, loculamentum conceptaculum, vaſculum, vtriculus, theca, elate valuulus, concha, ſiliqua, operculamentum, vagina, ſeptum glumæ, ſcapus.
    - cõceptaculum: cor ipſum, oculus, vmbilicus, putamen, nucleus, gallioeæ, valua, hilum, cartilago, lanugo, pyrones, oſſiculum, voluula, cupula gigarta &c.
    - pericarpium quod pro fructu vulgo accipitur.: ad hoc etiam ſpectat, pulpa, vel humor circa ſemen, vnde ſemen munimento cinctum: ipſum vero ſemen cum nucleo, & pulpa à flore deriuant.

Cæterùm in duabus maximè partibus principalibus, quas diximus animam, & ſpiritum, & alij naturam, & corpus ſeu compoſitum ex ſimilaribus, aut diſſimilaribus ſtirpium partibus, diſquirendum eſt a phytopta, quis ſit.

- ortus, & vigor
  - In ortu exquiritur naturæ ſimilis productio, per ſemen quod per omnes ſtirpium partes, diſpoſitis rite organi[s] & ad omnes naturæ motiones conformatis, partium ne[xi]bus diffuſum, tamquam fermentum excreſcens in ſui n[a]turam cætera conuertit, expergefacto, ac vigente ca[lo]re natiuo: ſicuti plures in fixis corporibus ſalis, ac ſ[ul]phuris virtutem operari, & mouente, & accedente ſpi[ri]tu fieri aiunt.
  - Vigor autem cognoſcitur ſi organa, & partium nexus a[ni]mæ vegetantis actionibus recte ſubſeruiunt: & ſi part[es] numeroſæ, grandes, nutritæ, pingues, ſuccoſæ ad pe[r]fectam naturam excreſcunt.
- infirmitas: Prædictis deficientibus, oritur infirmitas, in qua con[ſi]deranda eſt conſeruatio, vel reparatio partium de[ſ]tructarum.
- ariditas, quæ eſt mors ſtirpium: Cuius ſignum ex colore exteriori facilè colligit[ur] vix enim ſtirpes emori credas, quibus ineſt viro[r] ſeu viridis color, qui fere vegetandi, gradum e[x]terius conſequitur. Cum recipiat a communi ca[lo]re in humore craſſiunculo digeſtionis compendium ſi tamen excipias ſtirpes, quæ in litoribus, & ſa[xi]colis adoleſcunt, quæ vt plurimum ſubalbeſcun[t] vel in cinericium colorem vergunt, & prope in a[l]bum deſinunt vt Dictamum: atrata ſunt tubera multa, rubet Coralium, & hypocitis cum Epith[y]mo: Mille autem inuenias in vegetantis natu[ra] imperfecta luxuria colores, violenta æmulatio[ne] gemmarum, creſcentibus ac ſe pandentibus in di[es] magis verſicoloribus lapillis: ſequitur autem qu[a]ſi ſemper internarum qualitatum naturam exteri[or] illa ſpecies coloris quæ vitam vegetiorem in i[is] arguit.

Plantarum venter, ipſa terra, magna omnium mater faci[le] creditur Anaxagoræ; non tamen hoc, neq alia quæq. membr[a] animantibus, & plantis communia exiſtimare poteris, nec qu[i]quam de his determinate ſtatuere; ſed pariter cum Theophra[ſ]to in ancipiti ſtirpium diſcrimine hærere, niſi nobiſcum impe[r]fecta à perfectis ſeiunxeris. Viſcum namq. à terra ſeparatum quod ſemen profert, quod numquam ſeminat, & tubera ab ea[]dem ventre diuulſa, cæteriſq. membris deſtituta, communis d[i]uiſionis partium cancellos quoſcumq. perrũpunt, ſcilicet licen[]tius in ijs luxuriatur natura, nec noſtris retinetur legibus.

Nulla fere ex omnibus ſtirpibus eſt, quæ ſuis non vna dixerim, vel altera, ſed omnibus partibus nobis aliquo modo vſu venire, vel prodeſſe non poſſit, aut contemplatione digna non ſit, ſiue organi ipſius, ſiue præſtantiæ ratione. Nutrit tota meditatione mentem; fructu paſcit corpus; floribus, viroribuſque vtrumq. oblectat; vt nihil vel minimum in tanta copia diſpiciendum ſit. Quid verò maioribus id opus erit exemplis firmare? videat murigena capares illas, quas contemnunt homunciones; qui tamen earum magnitudinem ore ſatis probare videntur, dum ſubinde vulgatur prouerbium (quod illarum æſtimationem, & admirationem præfert) ſaltem apud Italos noſtros, à plantarum ſtudijs fere alienos. Poſtquam iam fere plantam totam dentibus con terunt: folia pariter, ac gemmas, floſculos, flagella, fructumq. omnem, & pericarpium, grana ipſa, totumque vaſculum comedunt. Plantulam reſpice vix vlio inter ſaxa viuentem ſucco, paruulam fructu, latis & explicatis floribus, lignea, & perenni duritie, pingui folio, in arido paſcuo, ſcilicet muro, vel magnas arbores egregio æmulãtam conatu; quæ te Myſophy'um rubens; & ipſam ruborem vſq. redarguat.

Cõnc-

- **Euidentiùs.**
  - **Cõſtitutione peculiari.**
    - **Corporis perſiſtentis cõformatione,**
      - … & notis, aut Membrorum, partiumq. omnium ſigillatim, vt in tabula differentiarum, membratim ſignare poteris.
      - vel **Cõpoſitione membrorum. ſiue**
        - **Numero** — Dum pluribus, aut paucioribus partibus conſtant; ijſq. pluribus, aut paucioribus latentibus, vel apparentibus, dum præſertim ſe recondunt aut exerunt aliæ, atq. aliæ.
        - ſiue **Modo** — Si eodem ordine comparent compoſitæ, aut diſpoſitæ. / Si folia ante florem, vel florem promunt ante folia.
    - **Vitæ ipſius, eiuſq. munerum.**
      - **Ætate, & duratione**
        - **Totius** — Sunt enim longæuæ magis, & breuioris durationis æſtiuæ ſcilicet, aut trimeſtres hebdomadariæ, vt Fungi diutiuſque aut breuiùs in vitã productæ, vel in ſemine ſopitæ, perſeuerante ſpiritu perſiſtunt plantæ.
        - **Partium** — Quæ omnibus ſemper membris ſanæ conſiſtunt. / Quæ perpetuifoliæ, vt arbores nonnullæ, quæ ſempiterna fronde virere dicuntur. / Vt & radices perennes, ſeu annuæ.
      - **Generatione, ſeu fæcunditate.**
        - **Ratione qualitatum.** — Quæ per ſemen tantum multiplicantur / Quæ per ſemen ac radicem, ac alias communicantur, & hinc plantiferę, & Amphicarpæ
        - **Proportione, & menſura.**
          - ad florem — monoſpermata, vt Tribulus Aquaticus / tetraſpermata, vt Saluia.
          - ad plantã — multiſeminis, vt Ammis, Orchis, Typha. / pauci ſeminis, vt Mercurialis, Agrimonia.
  - **Propinquitatis.**
    - **Corporum in conuictum colligatæ, nexu.**
      - **magis ſtricto**
        - connatæ paraſiticæ — Quæ, & innatæ, & penitus dependentes ſunt, vt Viſcũ, caſſuta; &c. / Vel Enatæ, eadẽ matercula ſubſidente, vt Hypociſthis: aut Vagæ, & in diuerſis, vt Orobanche in Geniſta, & Leguminibus.
        - Arte innexæ — inſitione / inoculatione / appoſitione, alijſq. emphytheoticis, &c.
      - **Laxiori**
        - Adnatæ ex varia ſere corticis, putrefactione aut adiectis ſuccis calore fouente.
          - Erumpentis, vel excreti ſucci occaſione (vnde his ſpeciebus etiam magis) competit cõuictus. vt ſunt — Tubera. Squãmæ Villi. Fungi.
          - mediæ —— Lichen / Muſcus
          - Exteriorũ etiam adiacentium occaſione — Polypodium. Trichomanes.
        - Superpoſitæ — Inuadentes, & ſuper aſcendẽtes, aut ſupercadentes.
          - Ad ſuccum — vt Hedera
          - Ad Fulcrũ tantũ — Volubiles implexicaules omnes. vt Vitis ſuper quercu, &c.
        - Supernatæ caſu ex ſuperiniectoſemine, aut collectitiorũ in cauis putrilagine, aut fimo &c.

> Ipſum ſi vinculum ſpectes in indiuiduis tantum habes; ſi verò aptitudinem ad vincula quæ plures ſcilicet coniungere valent, iam familias totas connectes.

- **Conueniunt, etiam conſtitutionis totius ratione.**
  - **Particulatim.**
    - Sexus nota ab eodem concepta ſemine, ac Maris, & fœminæ ex ortu.
    - Affinitatis vinculo
      - Proximiore ſerij Diſpoſitione — *Hinc claſſes & familiæ*
      - Remotiore reſpectu. — *Inde Plantamentaria.*
  - **Vniuerſim.**
    - Minus ſcilicet perfectæ
    - Perfectæ.
      - Simplicis complementi. — *Hinc ampliora agmina.*
      - Exceſsus etiam ſupra Plantę cõmunem gradum.

- **Coordinatione**
  - **loci originalis.**
    - **Propius contingentis, &**
      - vndequaque ambientis. — Vt in ſubterraneis & conſepultis. Aquatilibus, commerſes, vt Marinæ, Lacuſtres. & Fluuiatiles.
      - vel Excipientis ac retinẽtis
        - Ex quo nomen ſumunt ab ipſius ſoli cõditionibus. — Saxatiles, arenoſæ / Limicolæ, paluſtres / Agreſtes hortenſes
        - Vel a propinquorũ reſpectu. — Montanæ. Maritimæ. Aruenſes. Pratenſes. Nemoroſæ — in Vmbroſis, Apricis, Vineis. Fruticetis. Segetibus. campis ſyluis
    - **Latiuſculè ſpectantis**
      - Conſimilibus rationibus.
        - Cultum admittentes. — Domeſticę Vrbanæ. Satiuæ — Cuiuſmodi ſunt olera, & ex alumnis hortorum, ac teſtarum pulchriſfloris plurimæ.
        - Cultum reſpuentes. — Immites, ac feræ. — Filix nullo manſueſcit aratro, ſed Barba illa Iouis ſæpius Botanicorũ hortulanos fruſtratur, & è noſtræ Vmbriæ mõtibus Ocymoides illa Muſcoſa, Nucerinaque Tragacantha.
      - Patriæreſpectu.
        - Cæli, vel climatis ratione — calidi frigidi ſicci, aut humidi — Seu Regionis eiuſdẽ, vt Germaniæ, Italiæ, &c.
        - Vel magiſpræciſe ipſius loci — Vt Agri eiuſdẽ Mõtis, aut Ciuitatis, aut finitimæ, vel cõtinentis, aut in eodem circuitu.
  - **Congruentis pariter tẽporis.**
    - **Qualitate**
      - Producendo / Naſcẽdo, vel Moriendo.
        - Eodem ſcilicet, tempore, tum membra, tum fœtum, vel certè iiſdem menſibus adnaſcentia radicibus ſimul germinando, aut gemmas aliaſq. partes quæ ſimul natales ſortiuntur.
        - Moriendo aut omnino aut per partes amiſsione ſcilicet Caulis, fœtus, foliorum, &c.
    - **Quãtitate**
      - Proferendo, & cõplendo — Eodem menſium vel dierum ſpacio partes has, aut illas, & ad maturitatem eas perducendo.
      - Erumpendo — Spacijs poſtquam ſatæ ſunt æqualibus, vt velut eodem partu ex vtero fœcũdę Matris Telluris exilire videãtur vt tribus diebus Blitum, Napum, Eruca, Ocymũ, quarto Lactuca, Anetum, vix anno Pœonia, & Mandragora.

- **Obſcurius,**
  - **Origine.**
    - Spõte ex terræ viſceribus emergentes.
      - Similibus è Terris mineris, aut halitu. — Vt Albucus, Roſmarinus, Laurus, Cneorum, Sanamunda Barba Iouis.
      - ſimilibus miſcellis complutis — Vt notare eſt per arua, gleboſa, humidaq. Chelidoniũ minus, Aconitũ hyemale illud Monophyllũ, Ranũculi quidam, & per virginoſa, vt Lichen, Lycopodium.
    - Vel Seminis initijs excitatæ, & vel Sembifolijs, aut Semunifolijs à biualui, vel vnius alui grano prodeuntes, ſtirpinitio introrſum, vel extrorſum habito à matre ſcilicet terra.
  - **Actionibus. Paſsionibus.**
    - Sunt enim nonnullæ eiuſdem odoris, ſaporis, temperiei, vt Nardus cum Valeriana, Cicer cũ Kali.
    - Aut facultatis eiuſdem, vel vius in Medicina, vt Aromaticæ, Catharticæ, Deletericiæ, alterantes ſimiliter, vel etiam in alijs artibus.

Diuer-

Diuerſæ ſũt inter ſe ſtirpes, ſi in earũ Natura latiùs inſpicias.

- **Quæ exterius ac cẽſentur v. g.**
  - **Originem, & ipſarũ cauſas.**
    - Principia efficientia, cum ipſorum inſtrumentis, quibus diuerſa accidunt.
    - Materiam
      - magis ſimplicem — vt ſunt elementa varie ad mixtionem concurrentia, vnde halitus & metallica corpora, vel ſpiritus maternam humum permeantes diuerſis modis agunt.
      - magis mixtam — vario diuerſis è complutis, miſcelliſque fermento.
    - Formas quas diuerſas intellectu potius ex diuerſis figuris, tam internis, quam externis tibi confinges: quam vt eaſdem ex naturę fontibus haurias.
    - Fines, quos, a morali & Rhetorica potius quam a phyſica deduces, vt decoris multo plus, quam firmitatis habeant.
  - **Locum, ſeu ſolum natiuum, in quo nutrimenti, educationis, & victus ſedes; conſideratis.**
    - Elementis vnde
      - Subterraneæ. — Saxatiles, arenicolæ, limicolæ.
      - Superterreſtres — Aruẽnles, & diuerſarum Terræ qualitatum.
      - mediæ — Paluſtres. / Maritimæ.
      - Aquaticæ ſiue aquis immerſæ. — Marinæ. / Lacuſtres aut ſtagnantis aquæ. / Fluuiatiles, riuales, Fontanæ.
    - Mixtim conſitis ex quibus.
      - Simul aut diſiunctim viuentes — Superarboreæ innatæ. / mediæ, ſuperradicatæ, terreſtres, enatæ. / & caſu ſupernatæ à liberis differentes.
      - Paraſiticæ liberæ.
      - Patria diuerſa.
        - confinijs diuerſis. — ſylueſtres, pratenſes, montanæ. / vallium, ſegetum, aruorum.
        - Vicinijs non ita diſtinctis, vt quæ prope has, aut illas, in hoc vel alio circuitu naſcuntur.
        - Cœlo diuerſo — proximo / remoto — vmbroſo, aprico, calido, tepido, / frigenti, aut rigenti.
        - Climate, aut regionibus diuerſis. — noſtrates, exoticæ, peregrinæ, aduenæ, / Italicæ, Germanicæ.
  - **Poſitionis ſitum.**
    - Totius plantæ quoad motum
      - de loco — Vaga ſtirps / fixa. — fluctuans / natans
      - in loco
        - vi propria — in ſe: ſurgens, aſcendens, pendula, deſcendens, ſupina. / in alijs: circumdans, complectens.
        - vi aliena — vt aſportatione permota,
    - & quoad germen — a cacumine ad ramos erectum. / a latere aut ramis pendulum.
    - quoad ſtatum — vt planta ſit erecta, contorta, incumbens, ſeu alijs accumbens. / ſuccumbens, iacens, humiſtrata, repens.
    - Partium — ex varia namque diſpoſitione partium ſtirps dicitur. — ordinata, aut compoſita, / inordinata aut incompoſita.
  - **Magnitudinem, totiuſque molis rationes, quæ conſiſtunt in**
    - Extenſione quantitatis vnde. — maiores, proceriores, altiores, longiores, / breuiores, craſſiores, latiores.
    - & partium minorum vt ſunt. — frondes / rami, / fibræ, & — vnde ſunt — denſiores / rariores.
    - intentione, vel numero partium — magis radicatæ, proditæ, molles, aut magis tenues, &c.
    - & in particulari. vnde fiunt. — pleniores, farctæ, ſtipatæ, ſuccoſæ, pingues. / inanes, tabulatæ, cauæ, ſpongioſæ, arentes.
  - **Numerum, ſeu multitudinem ſpecierum.** — Vnde frequentiores, rariores, vulgares, minus obſeruatæ, magis abſtruſæ: quamuis hoc ipſum ad ſoli natalis obſeruationem ſpectare videatur.
  - **Figuram ſiue faciem.**
    - Interiorem quæ eſt vel — lapidea / oſſea / lignea / carnea / herbacea / fungoſa / varia — vnde fit — robuſta / valida / firma / imbecillior / laxior / varia — Quæ omnia per modos, & qualitates partium componentium in tabella. 14. præciſe magis deſignantur.
    - Exteriorem.
      - totius corporis, quæ erit integra mutila, vel deficiens.
      - Solius exterioris ſuperficiei
        - primo intuitu — inquirendo an ſit pulchra, concinna, aut inſolens & monſtruoſa.
        - reflexo intuitu
          - ad alia referẽdo — vt ſit ſimilis magis, aut minus diſsimilis.
          - abſolutè conſiderando — Linearum ſpeciem, vt Iunci globos, vt tuberum, bulborum & capitatorum multorum, aut pyramides, vt Campanulæ, quæ a figura nomen pyramidalis accepit.
      - vel partium in particulari, de qua in tabula de differentijs partium.
  - **Actionem ex qualitate.**
    - Nota — vniuerſim — vt efficax, debilis, ſimilis, aut diſsimilis temperiei, aut facultatis, ſaporis, odoris, &c.
    - vel occulta — particulatim
      - Odore
        - nullo vt Gramen Corallium.
        - aliquo
          - grato — Suaui, vt Iua Moſcheta, Geranium, Ambroſia, Botris, Ageratum. / Aromatico Gariophyllus, Nardus, Nux myriſtica.
          - moleſto — Graui, vt Allium album, Narciſsus, argenteus. / Fœtido, vt xyris, Cattaria, Laſer fœtidum. / Putrido, vt Vuluaria, Dracũculi flores.
      - Sapore, de quo ſupra.
      - Qualitate, v. g. calore, frigore, & in quibus exceſſus, gradus, & proportio notari debent.
      - Facultate, v. g. eſculenta, deleterica, medicata, & hac vel catartica, aut diuretica, diaphoretica, vel alterante &c.
  - **Paſsionem**
    - Ab Animalibus / Ab Hominibus
      - Eas in cibum, vſurpantibus aut Medicinam, aut ad ignem & alios vſus. — indeque reſiſtentes, fortiores, ægrotantes atque in tabum incidentes. & impatientes contactus, vnde nomen accipiunt.
      - vel diuerſis agriculturæ operibus eaſdem exercentibus, præſertim putatione, ablaqueatione, pampinatione inſitione &c. — vnde ſatiuæ, ſpontaneæ, mites, feræ, ſeu cultum reſpuentes, Vrbanæ, agreſtes, domeſticæ, hortenſes, ſylueſtres, & varie quoad varium cultum ſe habentes.
    - Cœlo, & Elemẽtis. — Sunt enim aliæ frigoris, brumæ, æſtus vel Solis, impatientes, aut varie, meliuſq. reſiſtentes, & vel ipſis ignibus inuicta materia, vt Vitruuiana vel potius Cæſarea Larix de qua ſuo loco.
  - **Aſpectum varium de quo pag. ſeq.**

Plura profectò hic phyſicè … ſeruare poſſes, quæ nunc … taxat ſunt admirationi. … tam in Cerui cornibus … ram Theophr. Laſerpitiu… Cyrenis poſt imbrẽpiceũ … paragum è conſepultis Ar… nis cornibus, e carbonibus … ben m, alijs Abſinthium… quam multa alia, quæ mi… aut nihil prorſus nota.

Quid in plantis diſtermin… dis, aut Cœlum poſsit, aut … gio, vel ex hoc ſumes; q… eadem planta à ſe ipſa et… diſcordare videatur, ſibi … diſſimilis qualitatibus mi… mè immutatis, vt Scylla … culis, Hiſpaniſque acerri… mitis nobis, Helleborus … nenum Hiſpanis, & med… mentum Italis. Nicotian… Indis calida, Europæis N… cotica.

In plantis diuerſus ſurge… ſeu à globo ſe ſe protende… & explicandi ſpiritus, & … mò in herba ſpeciem com… rendi viger, nullus fer… ſubterraneorũ, & hydrog… phalorum, quæ nuſquam … terra erumpunt: Lichen… Lenticula debilis; herbis … ior, fruticibus vegetior; v… uerſo arborũ generi nobili… maximus autem Cedris … Trogloditicis Palmis, imò … Laricibus, abietibus, pinub… que quibuſdam, & fagis c… tingit, vti præcelſa pyra… dali noſtri Ianuarij mont… Reſpondere autem vide… hæc à natura facta emiſſ… proiectionibus factis ab a… malibus; ita vt percutien… impellendi, ſaliendi, aſce… dendi, & ſe protendendi ad … ad quæ viribus peruenire n… tuntur, ſurgendi ſimiles i… petus in plantis quodamm… do pares eſſe videantur: t… enim iactum vix vlla arb… rum ſuperauerint. Quare … Trabs illa Tiberiana, e lan… CXX. pedum; Abies illa A… gyptiæ nauis CXXX. Cedru… Demetrij paris altitudin… ſubinde celebrantur ab an… tiquis.

Diuer-

- Aſpectum varium ratione figuræ
  - quæ vel mutatur
    - ſua ſponte — pro diuerſitate temporis, ætatis, loci, aut ſeminis
    - aut mãgonijs & — affuſis liquoribus, aut ſtercoratione varia.
    - in quibus
      - virtus
        - roboratur — vnde vniſloræ in multifloras, ſimpliſloræ, in plurifloras, parui fructus, in magnos deueniunt.
        - debilitatur — vnde triticum in lolium: tulipæ flore albo, in flauum: vitex rectus, per ætatem in curuum, & agrifolij folia in ſummo angulos amittunt, &c.
      - matteria
        - abundat — vt ex ſimplifloris multifloræ, quod in Anemonibus, tulipis, gariofilis, & alijs notatur.
        - deficit — Ricinus Theophraſti: Botris, & Trifolij folia ſenſim dum ſeneſcunt, minora fiunt, maluæ, aliarumque caulis, plenus, ætate, fit cauus, aut vacuus, & inanis.
  - vel perſeueræt

Vita in his omnibus ratio, & viuentis, retinentiſque connexum habenda; & eorum, quæ diuersè intus, vel extra permouentur, vel ipſa patiuntur.

- In primis vitæ functionibus, quę ſequuntur
  - vitæ modum v.g.
    - vigorem, & ſanitatem, ex varia præſertim radicis infixione, corporiſque ſicciori, firmioriq. compagine.
      - Quedam enim in terra tantùm viuunt, nonnullæ in natali tantùm, & ſunt, quæ translationibus, & aeris, externiſque iniurijs magis, magiſque reſiſtunt.
      - quedam extra terram
        - Integræ ſuo cum virore; vt ſemper viuum, Aloe, Rodia Radix, Bulbi plures, Scylla præſertim, ſed Colchicum nobis, vel in ipſa pixide carttaceo incluſum cucullo floruit. Aſphodelus in cubiculo cæmentis interceptus à murarijs, germina miſit.
        - Exciſę, & exſiccatæ florentes, vt Pulegium à Solſtitio; vnde multas per ſolſtitia flores aperientes ipſi obſeruauimus, floreſque cadentes excepimus.
    - Langorem, & imbecilitatem, morboſque varios, qui diuerſis ex actionum, ſeu functionum læſione diuerſimode contingunt, vnde diuerſis ſunt obnoxiæ morbis.
  - vel alimentorum ſuſceptionem, & appetitum.
    - Aquæ purioris Adiantum, ſordidioris Olera, calidę Ocymum, ſalſæ vel nitroſę Chrythamum, Kali, Braſsicæ, Eruum, Ruta, Beta; contra ſaliam prata non ferunt, taliquę ingruente pluuia, (vt in noſtra Taumatumbria adnotauimus) exareſcunt. Copioſe Oryza, Papyrus; rarioris Caparis, Verbaſcum: vini platanus, & diuerſorum liquorum diuerſæ, vt exiſtimare, quàm reperire facilius.
    - Terris diuerſis plantæ diuerſæ gaudent, cinere immundo, ficus, Oleæ, fruges cœmentorum que micis ſolo permixtis, aliquæ calce ipſa, præter ficum nonnullę; humaqueis, (vt ſummatim dicamus) diuersè ſubactis, & commixtis: vel etiam ſtercoratione, vnde letamen dictum.

Ab altilibus ſuccis figura quoque rationes haud ineptè deduxeris; exiguas, aſperas, angulis hiſpidas ſtirpes habes exiguo nutrimento: verum à pleniori rotundiores, turgenteſque magis, & non obeſas aut dulciores, à vario varias; eoq; immutato plurimum diuerſas.

- Quæ ſcilicet ad ipſius viuentis ſtatum attinent
  - vel ſpectãt ad mores, ſeu potiùs motus quoſdam, reſpectu.
    - ſui ipſius quo ad ſitum vt
      - Florentia a ſummo, medio, vel imo tantum, præſertim ſpicata, vt triticum, conifera, vt Dipſacus, & a ſummo Anthemis Plinio; vmbellifera, vt feniculum, Angelica, a medio Marrubium, & Pulegium regale.
      - Aut varie a ſummo, medio, & imo, & per totum tyrſum, vt Aſphodelus luteus.
      - Aut etiam ſucceſsiue, & ſigillatim, & quandoque alio flore, vt Lilioaſphodelus, qui inde Homero Kallis, legi videtur.
      - Intra ſe etiam germinante occulto flore, vt lappa, quæ adhæreſcit Plinio, & miro quoque in ſe modo Apparine.
      - Adde quod in gemmis etiam, & frondibus proferendis diuerſitas ineſt.
    - vel aeris, & cæli.
      - quo ad tempus in quo etiam attenditur apertura, foliorũ & florũ & ad ſolem cõuerſio.
        - Sunt enim ordinata alia, quæ ſtatis temporibus folia, frondes, flores, ſemina, ſeu caules, &c. vel prius folia, & germina proferunt, quàm flores, & ſemina, vel contra.
        - Alia præpoſtera, vt nudiflora, quæ florem, vel etiam fœtum omnem folijs præmittunt, vt Tuſsilago, Crocus, Scylla, Amygdalus.
        - Alia promiſcua dixeris, quæ vtroque modo, vt ficus quædam.
        - Aperturæ foliorum, & florum diurnæ; quas ſeruant compluresq: aperturæ nocturnæ vt Lazura, Peruana, Mirabil, Arbor triſtis ſi flores reſpicias.
        - Contractionis diurnæ Caltha. Trifolium ſi flores reſpicias, qui noctu aperiuntur nocturnæ ſi folia reſpicias.
        - Ad ſolem conuertuntur heliotropia omnia inde dicta, mirabiliter verò tota die, Phaſeolus ille Indicus, & vulgatior Lupinus, ad ſolem ſingulis ſucceſsiue horis circumagitur.

Organorum contextus, & quæ intus obediant diuerſe, aut digerantur agnoſcemus.

Sed patria in his omnibus Cæli, inquam ratio præter illa, quæ ab internis ſunt inquirenda.

- Quæ interius, vegetantis ſunt virtutis, & vitalis facultatis, ipſiuſque functionũ.
  - vel curte vitæ conditionibus præfinitis — penes natura / cultu
    - ortum
      - citum — Vt tertio a ſatione die Ocymum, inde forte dictum, 4. Anetum, ſexto æſtate, 10. Beta, bruma octauo Atriplex, & 10 rurſum Braſsica, xx. Porrum 40. Apium.
      - tardum — Anno vix Pæonia, Mandragora, poſt annum Lotos, Agilops Plinij.
    - germinatione
      - celerem — Vt amigdalus, & in maritimis omnia præcocia.
      - tardam — Vt Morus, nux iuglans ſolſtitialis, & in montibus omnia ſerotina.
      - aliquotam — Vt ſemel, vereque bis, Medica malus, ter ternis gemmis Pinus Abies Robur, Februario, Martio, Aprili medio.
      - indeterminatam — Seu incertis vicibus, aut ſæpius, Sampſucus, Beta, tota æſtate, & vere continuata opera, & aliæ plures. Aegyptijs perpetua gemmatio, ſicuti, & vere alibi.
    - incrementum
      - citius, Vt Salix, Populus, Malus, Perſica, Cucurbita, flos ſolis.
      - tardius Vt Pinus, Robur, Buxus, Palma.
    - caſum — foliorum / fructuum / florum
      - Celerius moro, ſerius amigdalo.
      - Punicæ ficui folia ante fructos caduntſicuti & vitibus, &c.
      - Pruno, fructus cadunt ante folia.
    - durationem
      - totius plantæ vnde
        - perennes
          - Longæuæ, vt Palma, Quercus, annoſa inde dicta, Pinus, Buxus, cupreſſus, & Reſiniferæ, Iuniperus quæ temperati caloris &c.
          - Paucorum annorum, Roſa Abrotanus, Malus perſica, quæ diligenti cultu ad trigeſimum etiam annum perducitur, quamuis citra decimum perire ſoleat.
        - & paucorum annorum, ſeu fugaces.
          - Fico, ſeu malis præcocibus, dulcibus, aut fertilioribus vitibus breuiſsima vita Plinio.
          - Aliæ ſunt aliquot horarum, vt Koniphytum noſtrum dierum aliquot, & ephemeræ vt fungi.
          - Vnius menſis, Ophiogloſſum, Roſella, Linaria, Botrytis aliquot menſium radix caua Orchis, trimæ, aut quadrimæ, leucoium, Bimæ, Caltha, Braſſica, Beta, Apium Annuæ, legumina ſaturaria, Botrys, Ocimum, Cucurbita.
      - diuerſorum membrorum
        - radicis
          - perennis — Olea, Palma, Laurus, Cupreſſus, Ilex, Myrtus, vnius duorum, vel paucorum annorum, vt quæ intereunt altero anno dato ſemine, ſicut viola Bolbonax limonium elegans Rauolſij, & aliæ.
          - fugacis ſeu pereuntis — Plures enim ſingulis annis, & interdum aliquot menſibus radicem amittunt, vt Bulbonaca, limonim, &c.
        - frondis
          - Sempiternæ, vt Olea, Palma, Laurus, Cupreſſus, Ilex Myrtus
          - annuatim deciduæ, vt Pirus, Prunus, Morus, geniſta, &c.
          - Mixtæ, Media Arbutus, cuius cacumen viret, inferiora hiemæ areſcunt.

Diuer-

Tab. 18.

Diuerſe ſunt etiam inter ſe ſtirpes ratione virtutis genitalis, quæ pluriũ vnius generis diuerſas conſtituit ſpecies: & in hac diſcutiuntur.

- Fœcũditas, ratione
  - ſeminis, manifeſti / incogniti
  - radicis, caulis, ſurculi, germinis, gemmæ, foliorum gummi, fructus, quorum omnium generandi facultas conſideratur vel
    - vniuerſim
      - nulla — Sunt enim ſteriles, tum ſpeciei, tum indiuidui vitio, & inde caſtratæ, & eunuchæ dictæ, ſed de indiuiduis, quæ intra certa genera reperiuntur, alia eſt ratio; quæ non prouenit a facultate interna, dum ſterileſcunt ſed a contrarijs extrinſecis: cæterum neutrigenas alij nuncupant *fungos, tubera*, imò *adiantum*: ob defectum facultatis generatricis.
      - inefficax — Nonullæ namque moliuntur ſemen, ſed non perficiunt, mulorum ſimilitudine; vt *hypociſtis*, aliæ aliquid ſemini reſpondens producunt, vt *Philitis lanugo*, & quæ in *polipodio*, & ſimilibus.
      - fœcunda
        - ſemine
          - ſimplici — ſiue ſolo ſemine perfecto, vt fit in *ſementigenis*,
          - multiplici — ſuperius v.g. & ad radicem ſuccreſcẽte, vt in *amphicarpis*
        - productione
          - ſimplici — naturali, ſpontanea, ſementica, inſitione, transplantatione, &c. — ex quibus oriuntur — natiuæ, aduenæ, putrigenæ, imbrigenæ, opagenæ, &c.
          - multiplici,
            - Per radicis in ſe multiplicationem naſcente ſobole ad coniuncta germina multigermina, præſertim ex multoculis, multiglobis & geniculatis radicibus.
            - Et per radicis ad alia mẽbra additionem, aut eadem ſuccreſcente ex ramis auulſis, quod fit.
              - cõmunicatione — Ramis inſitione coniunctis, terræ implantatis, viuiradice, vt fit in ſarmentis, & multis plantis irradicat s, vel ab alto in terram miſſis, vt *morum*.
              - vel aggeratione — Folijs ſponte, vel arte implantatis, vt *Opuntia, Tune*.
          - incerta — Seu cum toto plantæ corpore varie conſita multitudine quod in omnibus plantiferis euenit.
    - vel particulatim in partibus, maximè flore, ac ſemine, in quibus
      - Ratione vnius, aut alterius vigor generandi nullus. v.g.
        - in flore — vt ſunt *Aflora*, & triſtes, vt *Iuniperus*, *philix*, &c.
        - in ſemine — vt aſpermates, & *caſtrata* quales ſunt *ſalices*, multis.
      - In alijs ex vtraq; parte maximè vegetus eſt. — vt notare eſt in ſemnifloris (quas vocant) æquiparis, ſeu æquifœtis vnius iunctim floris, & ſeminis.
      - In alijs ex vna parte vegetior notatur, proportione.
        - aliquota, & certo exceſſu
          - vtrinq;
            - Floris vnius, aut plurium ad vnum ſemen, vel plura.
            - Seminis vnius aut plurium ad vnum vel plures flores, vt *tetraſpermata*.
          - vel ab vna tantũ parte v.g.
            - Flore, vt *Blitalcis*, *Solanum* quã Amaranthum Mexicanam dicunt: duos enim ad vnam baccam flores emittit.
            - Semine, vt *Caſtanea Fagi Triplex*
        - aliquãta, & incerto exceſſu. — Vtrinque ſed maior numerus floris, aut ſeminis diſcernendus, vt in planta, ſeu *Plantagine*, lanuginoſi floris, aut cucullati, & multiſeminis vtriculi, controuerti poteſt numerus, aut maioris alterutrius partis: v.g. floris ad vnum ſemen, vt *Amentifera*, & quæ Iulum, & cyathum emittunt, &c.
- Pariendi ratio diuerſa
  - tempore
    - ſingularis fœturæ — quædam enim ſemel tantùm in vita pariunt, vt *Flos Solis*, *Muſa Piatana*, *Mexicana Metl*, &c.
    - aut frequẽtioris partus, qui accidit
      - rarius
        - determinatis ſpatijs — Semeſtri, vt *Medica Malus Ficus*, *Arbutus*: annuo, *Malus*, *Poma*, *Perſica*, *Nux* plurium annorum *Palma*, *Aloë*.
        - Indeterminatis temporibus pro Cœli, Solique conſtitutione.
      - alternis annis — Sunt enim alternis feraciores, *Malus*, Pirum, fagus, & quouis ſeptennio, olea, tum quæ biſſextili conſeruntur.
      - ſæpius — Spatijs menſtruis, vt *Calendula*, Chamepytis, & quater: anno, *Sicomorus*, & ter *Pinus*, ac *Vitis inſana*, toto vero anno ſucceſſiue, *Aphaca*, aliæque varijs temporum ſpatijs.
  - modo — In quo culturæ, aëris multa conſideratio, vnde omnimeſtres roſæ, & quadriferæ vites, multæque ſtirpes biferæ, at plures, quæ mitiori autumno decerptæ virent: itemque Aurantia, & congeneres, quæ cum acerbis, præmaturos fructus, & flores ſuper eodem ramuſculo produnt; & quæ annis biſſextilibus conſitæ, annis alternis ſemper feraciores.
- Prolis ſexus — maſculinus / fœmininus — Nam quamuis ab vnico ſtirpis corpore, tamquam matrice, tamen diuerſi ſexus plantas produci videmus: vt *Mercurialis*, & *Cannabis*, quarum mares fructum ſine flore, fœminæ florem ſine fructu, aut ſemiue producunt: & de *Rape*, & *Napi* ſemine eodem maſculinas, & fœmininas naſci tradunt authores, & experientia commonſtrat: ſecundùm quòd denſiùs, aut parciùs, ſeminantur.

Quis porro inter plantas nobilior quàm Palma ſexus. In quo, per viciniam, communicatio quadam ſpirituum, ſi amicus contactus, porrectis ad inuicem brachijs; imò allatus ab alterius radicibus puluis; ſi propinquus aſpectus; ſi denique cultoris adhibita ad vtramque amaſiam arborem contractus coincidant. Sub... to hilaritatem toto corpore produnt, & fœcunditatem concipiunt; inde miratur Marcellinus; cum ſtupore renarrat Plinius, & extollit Pontanus probantque & confirmant Galenus, & Guilandus: dum in plantis idem quod in animalibus proprium eſt, natura detegit. De qu... in Ecydiphyto plenius.

Præter plantas prædictas, quæ in naſcendo, & producendo ſemine ſexum quemdam induunt, multæ ſunt, quæ maris, & fœminæ diſtinctas voces audire ſolent apud Phytographos, vt Pæonia, Abrotanum, &c. traductum etiam eſt hoc ad fungorum genus, & quod magis ridendum, in Agarici recenſionibus: in ſpongino quoque Zoophytorum. Et lachrimis ipſis maſcula thura connumerantur à Virgilio. Et hoc ſcitu dignum maritas populos complexas vites, & vlmos quoque, quod in agro noſtro Aquaſpartano frequens. Sed niſi ad virium præſtantiam, analogià quadam maſculos huiuſmodi titulos retuleris inepte cenſeas: namque à ſurgendi virtute vinearum maſculeta profert Plinius, & denſiore ſpiritu accedente, aut magis vegeto maſculeſcere ſemper dici poſſunt.

Etiamſi quibus capitibus plantæ inter ſe conueniunt, ijſdem etiam à ſe inuicem differre cenſantur; dum vnum, vel plura in vna plantarum defuerint; vt prope cacozeliam ſapiat, eorumdem principiorum tot diuerſa ſchemata deſcripſiſſe; Intellectum tamen eſt nobis de mente eruditiſſimi Principis fuiſſe, per diuerſos calles ad pleniſsimam plantarum notitiam deducere ſtudioſos phytomitas: nam quis eadem ſemper ſapiat: ideo fine affectionis ſtudio de conuenientia, & differentia plantarum præſentes attexuiſſe credendus eſt tabulas; quæ compendioſa licet methodo, vtili tamen ſtudioſis exarauit, Lector boni conſule.

In Phy-

In Phytonomiæ ertitudinem prę- riptæ copulationis ominis ſcilicet & ei obfirmatio.

n vocibus qui- em, & litteris, libris, notiſq; mnibus defe- tus quidã, aut nutationes eda- is præſertim in- ıria temporis, el ſcribentium, c pingentium, ut ineptè dicē- um incuria cō- ingere ſolēt, qui os in contro- erſiã deducant, & laxata copula tudioſos in du- io relinquant: uccurrendum, propterea ſedu- la penſitatione, & diſcuſſione, vt verũ plantis no- men reddi poſ- ſit: quod ſi ſpu- rium fuerit, vel dubium, & mi- nus cognitum.

- Reſti- tuatur
  - Si aut præ anti- quitate, illius me moria perierit, aut ſimile nun quam planta ip- ſa obtinuerit: aut certè ſi videa- tur ineptum.
  - varium,
  - male innouatũ,
  - corruptum.
  - dubium, & incer tum: Ex quibus dubia nobis re- ſultet plantæ co- gnitio.
  - quęren- dum de ſtirpis nomine, ſeu voca bulo, an- ſit.
    - Receptũ & vſita- tum
      - Apud vulgus, maxime in loco natali plantæ ipſius.
      - Vel apud antiquiores, aut eruditiores, qui de plan- tis diſſerere conſueuerunt.
    - ſcriptum in
      - Aliquo antiquo codice, ſua cum planta viuis depi- ćta coloribus.
      - Probatæ fidei, & authentico libro, adhibita pariter plantæ figura.
      - Aut in diuerſis, loquente quaſi natura proditum, quod in vocibus conſilio, & ratione impoſitis contingere ſæpius ſolet: quod in Ammy, phyto- logis multis obſcuriſſimo, manifeſtum eſt.
    - deſigna- tum diu- erſis deſ- criptioni bus
      - expreſſio ri, & ve lut hiſto- rica: iun- ćtis.
        - Figura, cum notis exiſtentibus, & com- parentibus ſimpliciter expreſsis.
        - Habitudine, compoſitione, ac relatione ſimilitudinis pariter cōſpicua, & detecta.
        - Numero, ſi eadem numero apud omnes cognoſcatur planta, & ſi cum alijs ſpe- ciebus conueniat.
        - Patria, vbi aut plures, & frequentiores, & efficaciores eſſe ſolent.
        - Viribus, ac vſu, ſi facto ſcilicet periculo, ad amuſſim reſpondere ſibi inuicem in his videantur, ac ſi vſus idem vigeat continuò.
      - obſcurio- ri, ac ſtir- pibus nō correſpō- dentibus quia
        - Vel deficiunt attributæ notæ, pluribus paucioribus, aut diuerſimode ijſdem comparentibus.
        - Vel notæ aliæ exiſtere videntur, in deſcri- ptione numquam expreſſæ, præſertim ſi euidentes, ſigulares, aut notatu dignæ fuerint.
        - Vel non conueniunt generibus, quibus aſcribuntur, vt ſi diuerſa, plura, aut pau- ciora ſint genera.
        - Vel patria non conuenit: quòd ibi non reperiantur.
        - Vel ibi rariores ſint, & alibi frequentiores.
        - Aut vires, facultateſque aſsignatæ non iu- ſtificantur, & aliæ ſe produnt obſerua- tione dignæ: aut interdum contrariæ, aut ſaltem vix diuerſæ in medica praxi: ſeu dogmatica, ſeu methodica, aut em- pyrica reperiuntur.
      - vel inſuf- ficienti, & minùs verifica ta, quod fit.
        - Codicis, & contextus ipſius deprauatione, ac men- dis, confuſione, mutilatione, dubio, &c.
        - Verbis minùs proprijs, ſeu etiam ambiguis,
        - Si pars vna pro alijs, aut aliâ intelligi poſſit, vt in Delphinij ſimilitudine, alij enim in folijs florem, alij in flore folia intelligunt.
        - Si nullæ notæ poſitæ ſint, quòd forte deſcribentium tempore eſſent vulgatiſsimæ.
        - Si magis communes, indeque ancipites, vel paucæ, aut præcipuæ tantùm, quæ non ſufficere ad vbe- riorem declarationem videantur.
        - Comparationibus quoque minus aptis.
        - Patria, & loco non adnotatis.
        - Viribus, aut vſu non expreſſis.
- Phytologis ducentibus nos plerumq; à ſtirpi- bus pictis ad viuas.
  - Vnde vtrinque innoteſcet vt & facile intelligetur, ad vſum pariter chartis, & Hortis in- diuant ſtirpes, & perennent Flores in ſtudijs, vt ſtudia in Floribus.
- Natura ducentenos à ſtirpibus pictis ad ve- ras, & viuas.
- cōfirme- tur, ne quid ſu- perſit du bij.
  - Si nondum bene pror- ſus exploratum, vt adeo pluribus applicari poſſit,
  - Aut etiam viua, & con ſtanti traditione ad nos tranſlatum perſeueret.
    - median- te rei ip- ſius, ſiue ſubiecti.
      - demon- ſtratione
        - Pleniori, in viuentibus ſtirpibus obſeruatione, & planta fuſiùs, & accuratiùs delineata.
      - compro- batione
        - Viribus, vſuque plantarum diligentia ſumma obſer- uato, nec ſolis pharmacopeis, olitoribus, aut riſoto- mis relicto, quod multi medicorũ factitare ſolent.
      - traditio- nibus ce- lebriori- bus.
        - Abſolutiſsimis in poſteritatis beneficium requiſitis authographis, compilatis libris, & commentarijs editis, quibus ſingula, vel minutiſſima adnoten- tur: quod & aſſequi erit faciliùs ſingulatim mi- roſcopio noſtro adhibito, quod in pluribus nos etiam exequuti ſumus.

Si abludere quandoque litteralis nomina videantur, alijs, atq; alijs accitis teſtibus reducenda, & conſideranda, quam facile ine- ruditorum dentibus, tam multis permolentibus ſæculis quaſi carie arrodantur.

Condonandum nonnihil Pictoribus eſt, itidem ſculptoribus, & cælatoribus, plus autem illis, qui ligno ſtirpium effigies, & qui craſſiori arborũ materiæ floſculorum ſpeciem inducere conantur, vt id, quod in corporis acumina craſſitudinem diſtendit, omnem faciem elegantiorem, & ſubtiliores in ea lituras referre debeat.

Conferendi omnes præſertim contemporanei, aut deinceps tranſcri- bentes Phytologi, emaculandi, expurgandi, reſtituendi contextus.

Si facies quandoque, & inde petita ſigna, ac ſimilitudines; ſi in actum redactæ vires, aut contradicere, aut ægre, & non omni ex parte reſpondere videantur, examinanda ſingula ſunt, quæ ſtirpibus ſupe rueniant, aut promouendis, aut perturbandis.

Comprobantium verò ſemper præcipuarum notarum ac ſimili- tudinum ratio habenda, & quæ collecta in omnium choro ma- gis conſonare ac ſplendere ſolent, præſtantioribus, beneq; exa- minatis, & caſtigatis codicibus confirmantibus.

Aduertendum quam multum in plantis immutandis valeant.

- Cæli / Soli
  - Varietates,
  - quibus annorum conſtitutionibus
  - aëris impreſsionibus,
  - diuerſis ſubſtratis materijs,
  - altilibuſq. ſuccis
  - contrarijs, alienis, inſuetis
  - nutriantur, adoleſcant.
  - cultus diuerſæ rationes
  - ſi neceſſaria, aut congruens
  - non habetur, aut mutatur.
  - diuerſaq. alia, atque alia adhibetur.
  - ſoli facies, ac ſitus.
  - quoquo modo vertatur.
- Animalium præterea ſtirpibus vi... centium.
  - maternamq. ipſarum aluum
  - ſtercorantium, euertentiũ iniuriæ diuerſæ.
- Plantarum
  - ætates
  - morbi
  - corruptelæ
    - primæ
    - Mediæ
    - vltimæq. ſenectutes.

Quæ inde contingere, quandoque poſſunt, & naturæ ſubducun- tur additiones, vel demuntur partes, variumque habitum, & numerum conſtituunt, ne impedimentum vllum nobis affe- rant, quin eaſdem ſtirpes ſuis non reddamus nominibus, no- minaque Plantis, aut ad aliena, & illegitima coniugia quan- doque impellant, ſummopere aciem aduertere debemus, ac di- ſpicere. Quid inter cætera valeat ætas, vel ceratonia oſtendat dum iunior à ſeniore adeo diuerſos profert flores, vt eiuſdem plantæ non facile æſtimaturus ſis.

Genera plura eſſe poſſunt, & alia, atque alia inueniri, nonnul- la tamen, vt in præcedenti innuimus, prorſus amitti diuerſis in locis, vt pauciora remaneant.

Et Patriæ plures, & ſcriptoribus ignotæ eſſe poſſunt, eademq; ſtirpes pluribus prouenire locis, vt Styrax in Syria, & in La- tio in noſtro Cælio, quandoq; & Patriam penitus deſerue- runt, vt Cyrenas Laſerpitium, vt diximus.

Nouas in dies nobis facultates innoteſcere in plantis, nil mirum, ad- ditis ſemper experimentis ex Chymica noua aperta, eaq; fæcun- diſſima officina. Antiquitus porrò detectas, pluribus labefieri, aboleri quoq; poſſunt, forſan deficiente natura, quæ vt effœtas homines, ita imbecilliores herbas proferre dicatur, vt de Betonica indicatum, plurimum verò ſemper retulerit, vt in præſtantiſſimo genere herbæ propoſitæ ſumatur experimentum.

EX PHYTONYMIA.

Reſpuendos nullos eſſe libros credas, nec vlla ... inſcribuntur folia fructu carere, qui ſi in ſin... lis perutili ſucco non pariter turget, numqua... tamen exſuccum prorſus comperias: ſic vt oci... legendo te credas. Antiquos, nuperoſque P... tographos ſæpe conſule, plantas herbaceis in... lijs require dum nec in montibus licet, nec i... mari, ſiquidem & ſaxa, & æquora, & ſyl... & hortos in pagellis conſtrictos habes. Latent... Bibliothecarum angulis codices, in quibus anti... veſtigia plantarum recolere poſſis, nec rude... ſpernas faciem ſi quam lucem afferat in calig... vetuſtatis. Cæſareus innotuit Dodoneo Riol... tius non vnus latitat in Carbonariæ Neap... Cænobio non obſcurus, Arabes plures apud ſ... niſsimos Mediceos, ſed & Arabicus cum pi... iconibus Græcis haud relictis nominibus in E... riali apud Catholicum Regem inſignem nunci... ſcilicet adeundi non rarò Arabes, & Chaldæi, a... quos Botanica ſopita, iam apud Latinos extin... apud Græcos per multa ſæcula diuertit. In V... cani theſauri carie expiſcari, nobis aliquid in... tiquis reſtituendis licuit, vt in ipſa ſyntaxi ... ferius indicatur.

Criticam in Botanicis virgam meo quidem con... ne ſumpſeris vnquam, quamuis hypercritico a... mine polleas, niſi Columna, & Marantha po... xerint, exemplo ille, hic regulis, gnauus ille ... tiquarum, & vocum, & rationum, æſtimator ... cenſor, hic ad examen, & methodum quæcu... perpendenda reducens; & ſerio antiquis in c... textibus præſertim Botanicorum magiſtri D... ſcoridis animaduertentes ambo, Phytonomiæ a... bo Anatomen proſequuti videntur; ſed & C... lumna præter libros in ſtirpibus, etiam ipſis in... niendis, & anatomice inſpiciendis egregiam p... ſtitit, & præſtat operam.

- Vt nomen Plantæ iunctum
  - Synonymorum placida cohorte comitatum
- Aequiuocis longe reiectis,
  - Homonymis diſtinctis
- Tricis controuerſiarum excuſſis
- Ex opinionum cumulis quibuſuis
  - E rutum
  - Explicitum,
- Vt nominandi, oſtendendi, indigitand...
  - pura, abſoluta
  - Præditum
  - Inhærens
- Perſiſtat indelebile;
- Et clauis loco quæcumque de plantis litteris conſignantur, & vocibus nobis adaperiat.

Phyto-

ab.20.

toiatria, ſiue s plantarum medicina, duabus in ulis totus tinetur. ſci- et.

- vniuerſali quæ ſtirpium delectum habet ratione
  - Loci v. g. Regionis, plagæ, tractus, agri, &c. imò & cultus diuerſi, aut etiam terræ qualitatum, aqueæ, arentis, &c.
  - Temporis v. g. autumni, hiemis, veris, æſtatis, ſolſtitiorum, æquinoctiorum, quibus partium, vel ipſarum ſtirpium, aliæ ſunt vegetiores, aliæ minus vtiles, aut efficaces.
  - Vitæ ipſarum plantarum; dum enim ſeneſcunt aliæ, vires amittunt, aliæ augent. Et hic ſignanda tempora colligendarum, exſiccandarum, & ad vſum ſeruandarum.
- peculiari quæ conſiſtit in vſu ad quem ſpectat.
  - Electio, quæ eſt verſatorum in arte propria cognitio.
  - Præparatio, quæ eſt officinarum ſingularis pragmatica.
  - Simplicitas, aut cum alijs tam ſtirpibus, quàm medicamentis commixtio.
  - Modus interior, & exterior, qua doſi, quando, quoties, & quamdiu ad vſum ſanitatis ſumi debeat.
  - Affecti corporis commotiones, & circa illud non naturalia, (vt vocant) habita, ratione loci, temporis, ætatis, conſuetudinis, victus, &c.
  - Membrorum affectiones, morbi ſtatus, quantitas, qualitas, & acceſſus diuerſi.

Nè verò quiſpiam minùs ſollicitus, tam in euoluendis Auctorum paginis, quàm periuſtrando fœcundantis vbiq; naturæ per terras, & maritima propatulo volumine in lapſum coincidat; imprimis iudicio perquam diligenti, compoſitis interſe totidem ſcribentium ſententijs, textus ex alijs, atque alijs pariter ſcribentibus reſtituendi erunt; vti ex Athenæo, & Plinio Theophraſteus; examinanda dehinc verba, conferendæ partium rationes, & diſcutiendæ; nulla verò autorum ſpernenda conſilia, vel animaduerſiones, quorum diligentia veritas ſe propalat. Quin à patrio ſtirpium ſenatu, & interdum vernaculo vulgi idiomate, aut vicino petenda nominum, vel cognominum indicia ex quibus plantarum natura plurimùm ſe prodit. Stirpium quoque deſcriptiones cribrandæ: nè ſimilitudinis ſpecie, vel analogiæ vitio nos decipiant. Cæterum in naturæ libro, ſi forte conſueta deſint, aut langueant, aut pauciora compareant: tum præcipuorum habenda eſt ratio: cæterorum diligens examen faciendum, quod vel ab ipſa ſtirpis natura, vel ab alijs eiuſdem ſpeciei, aut generis plantis argumentum ducat: aut denique iuxta medicam methodum, & dogmata ſingularum iuſtificandæ facultates; ex quibus dubij quidquam nihil vnquam ſuperſit. Atq; hæc ad præcedentia, pro appendice appendenda.

emum Phyto- omia pene mnis conſiſtit exercitijs.

- Phytopticis, vbi
  - Siue a natura eductæ, & prolatæ, ſiue arte confitæ, & educatæ, inuiſendæ, vel inquirendæ, ſed præuio nobilis rhizotomiæ vſu vnde pleræque hactenus innominatæ, & incognitæ ſe promunt, maxime in Italia noſtra, quæ eo plures habet ſimiles, quo pauciores botanographos perquirentes: ex montibus enim, conuallibus, & campeſtribus ſiue humidis, ſeu lapidoſis. &c. notabilis plantarum differentia, colligitur.
  - Phyſici in Botanicorum gratiam horti conſerendi: in quibus vniuerſæ prope naturæ ſtirpes fælicibus compendijs concludantur, & ad vota compareant, dum erumpunt, creſcunt florent germinant, fructus emittunt ſemen concoquunt, & intereunt: quales Sereniſsima Venetorum Reſpub. Patauij. Sereniſsimus Magnus Dux Etruriæ Piſis: ſub verſatiſsimis ſtirpium alumnis Cæſalpinis, Guilandinis, Alpinis, Cortuſis; ex quibus, quod oculis placeat, quod naribus arrideat, quod ſtudia iuuet, & ſanitatem tueatur cognoſcere facile eſt: tales etiam & Imperatus, & Calceolarius, Pæna; & Paludanus alijque alunt.
  - Recolendæ item ad ſe tranſmiſſæ, quæ plurimum in hortulis feneſtrarijs, omnium ferehorarum obſeruationibus accomodatis aluntur. Aut etiam in cartaceis, ſeu paginarijs hortis, qui ſpicilegio quodam conſtructi, & in librum replicati ſiccatas etiam herbas, nocturnis, diurniſque ſtudijs ſpectaculum faciunt.
- Phytoiatricis
  - Facultatum facto crebriori examine, ſeu experimer'js, indicijs, explorationibus, practicis tum medicis, tum chimicis, &c. multoque ac diuerſo periculo, educendis, aqua, ſale, ſpiritu, odore, &c. facto.
- Phytoſophicis
  - Contemplationibus, ac ſtudioſis conſumptis vigilijs, præſertim circa penitiora naturæ ſtirpium, & cauſas earum.
  - Agitationibus mutuis, amiciſque diſceptationibus, aut aliàs cum botanicis docta conſuetudine, & ſtudiorum communicatione, ſecluſa ſemper ſtudioſa altercatione, quæ cum feruet intemperantiùs minus aſſequitur veritatis. Exemplo fuerit illa inter Dioſcorides, & Galenos, & alios eiuſdem ætatis, quos amica diſſidia fecere ſapientes. vt & noſtris temporibus Cortuſos inter, & Mathiolos, Ceſalpinos, & Ghinos ac recentius Columnas, Portas, Bauhinos, Imperatos, &c.
  - Conſcriptionibus denique, & aduerſarijs, ac notis altercationum primo plenis, ac tumultuarijs? tum methodicis, ſiue hiſtoricis, ſiue Phyſicis.

Inſtituti examinis, ad cognoſcendas ſtirpes ſeu plantas elaboratiſſima illa methodus a Maranta propoſita eſt, in qua ex ſuperioribus, pleraque inuenias fuſius explicata, vnà cum ſuis paradigmatis, diffuſioribuſque præceptis: quæ ſi tibi obſcurior, aut ardua magis videtur, obijciſque, Auctorem parum ea vſum: tu tamen laborem alienum proba, & quidquid inde potes carpe fructuum. Vtinam plures in reipub. litterariæ commodum digerere ſimilia, aut exantlare non pigeret. Nec ſtirpis vllius cognitionem, aut nomen contemnendum putes: mirabilis etiam in minimis natura, & diues. Si vſum ſtatim, ſi flores exigis nullus es. Quidquæſo in depictis tabellis, in aureis, argenteiſque emblematibus aliud quæris, quam artis elegantiam ex aſpectu? At Dei Opt. Max. opera tanto pulchriora & certè iucundiora ſunt, quàm noſtra, quantò hæc commendantur, dum ad illa propius acceſſiſse comperiuntur: & cum his audes luſus noſtros, fabulas, & inania conferre! Nonne ſtirpes dum viuunt gemmant: ſi colores in gemmis pluris æſtimas; hic & colores, & organa, & amplius vitam ſuſpice. Barbato cuidam nihil eſto ſenſu ſimilis: qui nobiſcum dum Barbam Iouis in Romano ad Antium littore ſpectabilem ſatis videret, quod elatis, ac nudis intenſam ferret frondibus comam ſtatim nomen petijt, & ſtatim virtutem (vt ſolet) dato nomine, virtutem confeſſus hucuſque incognitam: ſubiratus, ſpreuit, quaſi incaſſum agnoſce-etur, quod careret vſu, nec perſuaſus vnquam annuit, in pretio habendum, quod poſterorum ſedulitas, ad maiora conſequenda conuertere poterit, haud dubie ſi Alchimiſtis vtilem prædicaſſem, qui ex argenteo foliorum colore ærarium turgeſcere feciſſent, nihil in planta deſpiciendum duxiſſet: quid facerem: alij ſunt hominum ita compoſiti animis, vt præter commoda corporis aut voluptates ſenſuum, cætera, ne hilum quidem æſtiment.

FINIS TABVLARVM.

Hic

AMICO LECTORI.

HEIC nonnullæ ex Phytoſophicis deſiderarentur tabulæ: ſed fatum cui Author præpropere ceſſit, ſcribentis manibus nondum abſolutum præripuit opus, quin imò plures ingenij fœtus, qui propediem lucem expectabant in ipſo penetrali mentis præfocauit: dum admodum Illuſtris eruditionis virum XXX°. ſupra M. DC. Salutis; annos XLV. natum nobis eripuit. meliorque ſors (vt pie credimus aſcripſit Cœlitibus.) Tanta interim ſtudioſorum iactura, vt eidem ſatis deplorandæ ne Academiarum quidem omnium luctuoſa ſufficiant epitaphia. Si enim de morali quidquam exigeres ſapientia, ſolers Federici Principis ingenium non eruendis tantum diſertæ antiquitatis ruderibus implicitum, ſed in omnis doctrinæ dogmatis aſſiduum, ſaluberima formandis moribus colligebat monita: ſi faceta de Geometricis, ac Matheſi, vel artefactis optares prodigia, tibi Phyſicam Matheſim integro volumine compingebat: Naturam ſic in partes diuiſerat, vt vno Vniuerſali rationis ſpeculo, *omnia eiuſdem arcana detegeret. Si quem phythocalus delectabat hortulus* Theatrum Plantarum, *ad voluptatem ſpectantium erigebat; adeoque de ſubterraneis, de propatulis, & ſub aſpectum cadentibus, de aëreis, & ſuperioribus admiranda ſingulatim recolligens, poſterorum commoditati, (cui ſtudebat) nihil non periclitatus, induſtrioſiſſimam moliebatur* Encyclopædiam, *ad quam nouis inſtrumentis, magis in dies peruios recluaebat aditus. Habuiſſes de cerebro Principis ſcientiarum promptuarium: legiſſes in fronte de arduis quibuſcunque acerrimum iudicium, in oculis infinitorum prope iacam voluminum, in ore ſuadam ipſam reſidere miratus eſſes, ac facundiam; in manibus, tam artis, quam naturæ obfirmatum experimentis compendium. Cuius domus Muſæum; Porticus Lycæum Peripateticum, horti Tuſculanum, villæ ac poſſeſſiones Attica gymnaſia facile crederentur. Nunquam bene pranſus ſine ſale philoſophorum, vel ſalibus poëtarum, aut delenificis, tamquam ferculis, doctiſſimorum congreſſibus: vt ideò ſpretis ſcurris, ijſque iocis, qui capeſſendæ virtuti non ſatis iuuant: luſus omnes inter Lynceos, & ſpectacula inter Academicos parietes concluderet. Quid enim non ſplendidius modo, ſed erugandæ fronti, & a ſerijs per ſubciſiuas animo relaxando commodius, & iucundius, quam virum genere Principem totidem nobilitate, fama, ſcriptis, ſcientia, & experientia conſpicuos Portam Velſerum, Galilæum, Cæſarinum, Ciampolum, Pertium, Valerium, Terrentium, Columnam, atque alios, Lyncæorum (quorum ipſe idem Princeps) matriculæ aſcripſiſſe, quorum vigilijs, lucubrationibus, & operis, non effeminati mollium poëtarum prodirent luſus, ſed proſicui tetricæ conatus Mineruæ ſolida, & iuſta implerent volumina, artiumque liberalium, & humanarum ſcientiarum diſſoluerent nodos. Cæterum quid ad æternam memoriam commendatius, quam ſedula illa Principis liberalitate, ac ſtudio exquiſitum prodijſſe opus* Mexicanæ naturalis hiſtoriæ; *quam Fernandes primum Inuictiſſimi Philippi II. Hiſpaniarum Regis in Indias Protomedicus delegatus, (etſi tumultuarie ſatis, vt primis aſſolet ingenij partubus) luſtratam oculis, manibuſque contrectatam in ipſo natali ſolo contexuerat; quamque poſtmodum Nardus Antonius Recus notis Illuſtrem nobilibus ex vulgari Hiſpanico, latinitati, ordine nedum ſatis commodo, reddiderat, & deliteſcebat in* Muſeolo *M. Antonij Petilij, ipſiuſmet Nardi tum vita functi, hæredis: Vnde non niſi ſagacis vrbanitate Principis huiſmodi theſaurum educi, nec facile fuit, nec licuit, adeoque neque expoliri, vel doctiſſimis Lynceorum communiri commentarijs: quibus pro coronide Principis accederet prodigalitas, tot figurarum ex æquo ſimilarium cælandis imaginibus; eiuſdemque docta dexteritas, ordini (qui eſt operis ſpiritus) meliori præſcribendo. Deerant autem ſtuaioſorum commoditati Phytopticæ, quibus elegantem nauauat operam, tabulæ; quas & dabat, & proprij largus æris prælo committebat: dum vero cum vita ſimul rem imperfectam deſerit, Franciſcus Stellutus Lynceus ex eiuſdem Larario Poſthumas deprompſit, ac verſatiſſimorum conſilio digeſtas cæteris attexuit.*

Atque hæ quidem auitæ nobilitatis Principis Cæſij memorandæ fuerunt appendices, quem Iura imprimis, & Fortuna, Montis Cælij Marchionem, S. Angeli, S. Poli, & Aquaſparthæ Ducem fecerant; Federicus Cæſius, & Olympia Vrſina Aquaſparthæ primi Duces, Principem genuerant; & Principem coniugia teſtata fuerant: primum ſcilicet, cum Artemiſia Columna, alterum cum Iſabella de Saluiatis; quorum proſapia, quæ per Pauli Sfortiæ, & Olympiæ de Cæſijs connubium, pari nobilitate, viuaci ſemper fama, nec ſeneſcente vnquam gloria propagatur æternum duratura ſit. Quis enim tum nominis, tum virtutis hæres legitimus, maiora non moliatur, vbi inter proauos connumeret, Pontifices, Imperatores, Partenopeos Reges, Purpuratos Principes, Patriarchas, Archiepiſcopos, Præſules, ac potentiſſimorum exercituum Duces, quos breuis numquam pagina captura foret.

Hoc interim quiſquis legis boni conſule; illam ſane omnis eruditionis fruſtra deſideratam luget ſupellectilem; ſed in primis præcocis falcem fati, in genere non minus, quàm doctrina Principis, & Academiæ Lynceorum Protopræſidis ac patroni ſui colendiſſimi vigilias, & annos temere iniectam, mœrens, animo memori, grato, ac reuerenti; luctu, & querimonijs proſequitur Franciſcus Stellutus Academicus Lynceus ſuperſtes.

IN-